Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 314.

Cod. CXXX.

Carthac: Fol: Saec 15.

A 6.12.

Sermones varii.

Sermones varii tam de dominicis, quam de festis, omnis argumenti nullius ordinis, ex variis plurium authorum operibus non ab una manu collecti. Primus Sermo incipit: "Cum appropinquasset etc: Tempus hodie incipitur." In interiori parte habetur anni nota: "Anno Domini MCCCCXIIII."

3 Sermones Bertholds v. Regensb. (Cesult!)

Cod. CXXXI.

Membran: Fol: Saec: 13 & 14.

A 6.13.

Petri Comestoris Historia scholastica.

Codex eleganter scriptus, qui continet Petri Comestoris historiam scholasticam, sive librorum V: et N: Testamenti historicorum breviarium quoddam scholae usu probatum adjectis subinde praeterexpositionem variis non tantum ex Josepho judaeo, et probatae fidei, sed etiam ex apocryphis, atque ethnicis scriptoribus. Praemissa Rubrica, quae in codice nostro haec est: "Prohemium est hic sequens prologus. et differencia talis. In prologo nullam facit mentionem sequentis operis. in prohemio prelibacionem sequencium cum benevolencie captacione." Incipit prologus in hunc modum: "Reverendo patri et domino suo Guillelmo dei gratia Senonensi archiepiscopo Petrus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 315.

" Servus Xti presbyter trecensis vitam bonam,
" et exitum beatum!" Operis ipsius initium
" est: " Imperatorie Majestati!" In
fine codex mutilus est; desinit enim in
cap: 102 (edit: Argent: 1500. Fol:) quod prae„
dices; reliqua ad caput usque 124 deside„
rantur.

Petrus cognomine Comestor, seu Manducator (Gallis: Mangeur;) inde dictus (juxta Trithem: cap: 380:) quod Scripturarum auctoritates in suis operibus crebrius allegando quasi in ventrem memoriae manducaverit, Trecensis Presbyter ac Decanus postea Cancellarius Parisiensis diem obiit in secessu ad Canonicos S. Victoris ao 1178. Plura de ejus operibus suppeditat Fabric: Bibl: med: & inf: lat: T. I. pag: 404.

Cod: CXXXII.

Chartac: Fol: saec: 14. A 6.14.

Petri Comestor: Hist: Scholast:

Petri Comestoris historia scholastica operis in codice superiori descriptum, sed in aliquibus ab eo diversum. Deest enim prologus; opus ipsum a praedicta editione quoad verba in multis discrepat, ita ut in compendium videatur redactum; in fine demum multo est auctius, additis nimirum ex Josepho judaeo, Rhabano Mauro, et de Sybillinis Prophetissis.
Ad calcem legitur: " Explicit historie Anno Millo cccoLXXVIIIo."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27464

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)